quinque passis (8). Et nauis et banzonus et buzus nauis de quadringentis milliariis usque ad quingenta quinquaginta (9) non completa, habeat canauos quos debet habere in corcoma longos de septuaginta passis. Et nauis uel banzonus, uel buzus nauis de quingentis quinquaginta milliariis usque ad septingenta (10) non completa habeat canauos quos debet habere in corcoma longos de septuaginta quinque passis (11). Et nauis uel banzonus uel buzus nauis de septimgentis milliariis (12) et inde supra habeat canauos || quos debet habere in corcoma longos de optuaginta passis. (13) Statuentes ut omnes isti canaui conuenientes sint in grossicie secundum eorum longitudinem (13). A. 184

St. Tiep. A, 8.

(8) canouos in corcoma longos passibus LXV — (9) nauis uel buzo aut buzonauis de mill. CCCC usque DC. *Qui manca il passo seguente fino a* usque ad septingenta. — (10) usque DCC — (11) in corcoma canouos nouos longos habeat de passibus LXXV — (12) buzo aut buzonauis de mill. DCC — (13) habeat canouos in corcoma de passibus LXXX. Ordinamus quod omnes isti canoui sint conuenientes in grossecia secundum longitudinem illorum.

X. *Qualiter naues et alia ligna de tringentis milliariis usque ad sexcenta ornari debent in velis* (1).

Affirmamus quod nauis uel banzonus uel buzus nauis uel aliud lignum de tringentis milliariis usque ad sexcenta sic ornetur in uelis: In proda (2) habeat artimonem, terzarolum et dolonum (3) unum de fustagno uel de bambacio, et parpalionem unum de canauazo. In medio habeat maioram (5) et dolonem unum de banbacio uel de barachamo, et parpalionem unum de canauazo (6).

St. Tiep. A, 9. — Tarr. 6.

Var. in Q: (1) XVIII. *De vellis.* — (2). Affirmamus quod nauis, uel buzo aut buzonauis de milliariis CCC usque DC in proda sit contiata in uellis: — (3) dolocium — (4) banbasio et parpaglonem unum de caneuaza — (5) maiorem — (6) baracame et parpaglonem unum de catiuaza.